

drantem Actus Fidei, Spei, & Charitatis elucisse, quam per dies multos se afflixisse cunctis, vel jejunis; aut vacasse aliis suis devotiunculis. Quam quisque pro se sollicitus esse debet, ut in his quoque frequenter se occupet partim, ut affluat, &c. partim quia sunt regula animæ, & perfectio omnium agendorum, & patientiorum pro vita æterna. Quam quidem sollicitudinem iterandi sapius in die Actus Formales ac explicitos Fidelis non emphatice inculcat D. Augustinus serm. 38. alias hom. 42. de symb. dicens: „ Ne dicas dixi hodie . . . sine divitiis tuæ (ejusmodi Actum Fidei repetitiones,) sine quotidiana ista quodammodo indumenta mentis tuæ. Nunquid non surgis, vestis te? Sic etiam commemorando symbolum tuum, vesti animam tuam, ne forte eam demadat oblivio, & remaneas nudus. . . ipsa Fides & unice est, & lorica “ .

C A P U T I V.

Proposuntur tandem formula selectiores, & in ordine ad justificationem tiores tum Actum Fidei, & Spei ad Contritionem, & Charitatem, tum etiam Charitatis ipsius tum maxime Contritionis, & Attritionis ad Absolutionem præmittendorum.

Actus Fidei.

I. Deus meus, quia Tu, qui es Infallibilis veritas falli, & fallere necia per S. C. R. Ecclesiam a Te, ne erret, edocui me credenda proponis, ego firmiter credo, quod Tu ab æterno existis, & quod nos redituros in æternum conservabis. Credo quod sis bonorum æterna Beatitudo remunerator, & malorum æterna penis punitor. Credo quod Tu propter infinitas tuas perfectiones sis in Te ipso Amabilissimus, & ut pote nostra Supernaturali Beatitudo nobis Desiderabilissimus, quod sis Unus Deus in Tribus Personis distinctis, Pater, Filius, & Spiritus S. Et quod Filius pro nobis ex Maria Virgine homo factus mortuus sit, & resurrexerit, sitque in celo, & in Sanctissima Eucharistia; Et quod per ejus Merita, & tuam infinitam Misericordiam omnibus, qui tua Gratia adiuti fuerint, quod in ipsis est, promiseris Beatitudinem æternam, peccatorum veniam, ac Media ad hæc obtinenda necessaria; & quod tuam Gratiam communices cuicumque Sacramenta digne suscipit. Credo quod sis Fidelissimus, Potentissimus, & Misericordiosissimus, ut sis pro-

missis, & Sapientissimus ac Veracissimus, proindeque summa auctoritatis, & quod eidem S. Ecclesie hæc, aliaque, que ipsa nobis credenda proponit, revelaveris. Ideoque ea omnia iterum atque iterum firmiter credo.

Actus Spei.

II. Deus meus, quia Tu es meum summum Bonum desiderabilissimum ac unica Beatitudo, ego Te vehementer in caelesti gloria fruendum desidero. Et insuper firmiter spero infirmum quem venia peccatorum meorum, ac Mediis ad hæc obtinenda necessariis, me hæc ipsam caelestem gloriam a Te consecuturum esse; quia Tu, qui es Potentissimus, Misericordiosissimus, ac in promissis, ut hæc nobis præstes, Fidelissimus, hæc omnia per Merita Filii tui, & tuam Misericordiam promissisti iis, qui tua gratia adiuti fuerint, quod in ipsis est, ut ego eadem adjutus facere propono.

Actus Charitatis.

III. Deus meus, quia Tu sic me amas, ut me creaveris, redemeris, ac innumeris aliis beneficiis cumulaveris, & maxime, immo unice, quia Tu propter infinitas tuas perfectiones es Amabilissimus, ego Te ex toto corde meo super omnia diligo, & ob Tuam amorem amo etiam Proximum meam, sicut me ipsum.

Actus Contritionis.

IV. Deus meus, quia Tu propter infinitas tuas perfectiones es Amabilissimus, ego Te ex toto corde meo super omnia diligo, & ideo me vehementer poenitet peccatorum meorum, quibus Te offendi, firmiter proponens tua gratia adjutus me amplius Te non offensurum.

Actus Attritionis, & Contritionis.

V. Deus meus, me vehementer poenitet Te offendisse tot meis peccatis tum ob timorem æternorum suppliciorum, que meriti, tum ob peccati turpitudinem, & æternæ Beatitudinis missionem, quas incurri; tum maxime, quia Te jam ex toto corde meo super omnia diligo, & quia Tu propter infinitas tuas perfectiones es super omnia Amabilissimus; firmiter proponens tua gratia adjutus me amplius Te non offensurum.

P Æ N I T E N T I A J U S T I F I C A N S.

Quæritur: Utrum sit prudenter existimanda sufficiens ad Sacramentalem Absolutionem Poenitentia illa, que consistit in efficiendo unum Dolorem Actum (quod vulgo dicitur facere Actum Contritionis) idest, in ponendo semel, vel iterum aliqualem conatum ad efficiendum ejusmodi Actum?

D I S S E R T A T I O I.

Afferitur Auctoritas, quæ nos dubitare facit: An Poenitens ponens unice vel sere unice unum, vel duos conatus ad concipiendum Contritionem præsumendus sit habere sufficientem dolorem ad Sacramentalem Absolutionem.

C A P U T P R I M U M.

Auctoritas Scripturarum, Patrum, Tridentini, & Catechismi Romani.

I. Scripturae, dum nos ad peccatorum poenitentiam adhortantur, ajunt Deuter. cap. 2. „ Cum quaesieris Dominum, invenies eum, si tamen toto corde quaesieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ “ . Sicut quæ concepit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus (per Poenitentiam explicat Angelicus 3. par. quest. 85. art. 5.) „ concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus Spiritum salutis (idest, Poenitentiam Salutari, ut per præmissa patet, adjungit huiusmodi S. Doctor) “ . Et cap. 59. pergit Propheta dicens „ Rugiemus quasi urti omnes, & quasi columbæ mediantes genemus “ . Jer. c. 6. & 2. „ Luctum Unigeniti fac tibi plañctum amarum. Poenite tibi amaritudines, & dirige cor tuum in viam rectam “ . Mich. cap. 4. Dole, & satage, Filia Sion, quasi parturientis “ . Ezech. cap. 18. Facite vobis cor novum, & Spiritum novum “ . Joel. c. 2. „ Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra “ . Psal. 79. „ Cibabis nos pane lacrymarum, & porum dabis nobis in lacrymis, in mensura “ . Ecclesiast. cap. 4. „ Pro justitia agoizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia “ . Matth. cap. 7. „ Quam angusta por-

ta, & ardua via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam! (1) Ipse autem dicit ad illos contentate intrare per angustam portam (2). Quia multi dico vobis, que- rent intrare, & non poterunt: quia, ait P. Segneri, ipsi contenti erunt mediocri diligentia, & ut inirent, major requiritur, nam Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud “ . II. Sancti Patres dicunt, prout sequitur. S. Ambrosius l. 2. de Poenit. cap. 10. ait „ Facilius inveni, qui innocentiam fervaverit, quam qui congrue egerint Poenitentiam “ . Origenes hom. 2. in Levit. „ Est adhuc licet dura, & laboriosa per Poenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum suum, & sunt ei lacryme sive panes die ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum “ . S. Joan. Chrysost. lib. 2. De Contr. cordis ait „ Oportet nos semper non solum scire exomologem, & confiteri, quia in nobis multa delicta sunt, verum, & unumquodque peccatum & majus & minus quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptum, idque frequentius recognoscere, atque ante oculos ponere, & tanquam hæc non permissa lugere “ . S. Hilarius ad Psalm. 118. inquit „ Hæc Poenitentia vox est lacrymis orare, lacrymis ingemiscere &c. Hæc venia peccati est fonte fletuum flere, & largo lacrymarum imbore madescere “ . D. Augustinus hom. 25. ait „ Non sufficit mores in melius mutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his que facta sunt, satisfiat Deo per Poenitentia dolo-

(1) Angusta porta. Poenitentia est, Interpretatur doct. P. Barradius. (2) In Græco pro contendit legitur, ageretur, quod sicut interpretatur A Lapide vult dicitur

re „ Agonizate, & quasi in agone, & agonia contendite, extremas summasque vires veluti agonizantes exerceat “ .

dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium. " Et ser. 34. de diversis c. 12. addit, sunt quaedam gravia & mortifera, quae nisi per vehementissimam mollestiam humilitationis cordis, & contritionis spiritus, & tribulationis Penitentiae non relaxantur. Haec demittuntur per claves Ecclesiae (& non per Sacramentum tantum; dicens in de doct. chr. 3. Sicut non potest male mori, qui bene vixit, ita vix bene moritur, qui male vixit. " S. Hieronymus apud Eusebium ad Damasc. morti proxiomus tandem ait, vix de centum millibus, quorum mala fuit semper vita, meretur habere indulgentiam a Deo unius. " Pro aliorum PP. dicitur fufficit testimonium Vener. Card. Bellarmini contro. de Penit. l. 1. cap. 13. ajenis, vere igitur Sacramentum Penitentiae Baptismus quidem est, sed Baptismus, ut Patres omnes testantur, laboris, & lacrymarum. "

6. Un.

III. Sacrof. Tridentina Synodus sess. 14. c. 4. declarat, hanc Contritionem non solum edificationem a peccato, & vitae novae propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere juxta illud: Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Et certe qui illius sanctorum clamores (1) consideraverit: Tibi soli peccavi ec. Laboravi in gemitu. Lavabo per singulas noctes lectum meum: recogitabo tibi omnes annos meos in a maritaline anima mea: & alios hujusmodi generis, facile intelligit eos ex vehementi quadam anteaecae vite odio, & ingenti peccatorum de testatione manasse. " Cum c. 1. cit. sess. dixerit seg. ponderosissima verba, Per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo efficiatur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes; ad quam novitatem, & integritatem (reconciliatiois cum Deo) per Sacramentum Penitentiae sine magis nobis scilicet, & laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus: ut merito Penitentia laboriosus quidam Baptismus a Sanctis Patribus dictus fuerit. "

IV. Catechismus Romanus de Sacram. Penit. c. 5. n. 26. & 27. sic habet, Maxime autem

hortandi, & monendi sunt Fideles, ut ad singula mortalia crimina propriam Contritionis dolorem adhibere studeant. Ut enim hoc concedamus Contritione peccata deleri, quis ignorat, illam adeo vehementem, acerbam, & insensam esse oportere, ut doloris acerbitas cum seculorum magnitudine aequari, conferrique possit? At quoniam pauci ad hunc gradum perveniunt, sibi etiam, ut a paucissimis hac via, per seculum scilicet Contritionis peccatorum venia speranda esset. Quare necesse fuit, ut Clementissimus Dominus facilliori ratione communi hominum saluti consuleret, quod quidem admirabili consilio efficit, sed claves (id est auctoritatem absolventi Sacramentaliter etiam Supernaturaliter, & ut oportet attritos) Regni caelestis Ecclesiae tradidit ec. In primis est docere praesquam Sacerdotem aliqui adest, omni studio curandum, ut peccatorum suorum Contritione commoveatur ec. Hoc primum Sacerdotes observabunt, si veram peccatorum Contritionem habeat. " Similiter sese explicat Rituale Rom. modernum de Sac. Penit. monens Confessarium scilicet, quod, ejus Penitentiam ad dolorem, & Contritionem efficacibus verbis adducere conetur; " & antiquum dictum Ordo Romanus in officio divino ec. ordo in ser. 4. Feria Quadrages. dicens, " Quo praedicto totum se in terram prosternat (Penitens postquam peccata Confessario narravit, & Actum Fidei elicit,) & gemitus, atque suspiria, vel lacrymas, prout Deus dederit, ab intimo corde producat. Sacerdos vero patitur cum aliquantisper jacere prostratum juxta quod viderit cum divina inspiratione compunctum, "

CAPUT II.

Auctoritas Theologorum in hac re.

I. S. Thomas 4. sent. dist. 20. ar. 1. q. 2. ait, " veniam confensus fuisse Antiochum, si vere penitens fuit, sed non habuit veram Penitentiam ec. Et hoc etiam multis in fine penitentibus contingit, quia non est facile ec. S. Bonaventura t. 1. opus. coll. de contr. secundo. II. ait, " Hoc teneo, hoc verum potus, quod ei non bonus finis est, cui semper fuerit mala vita. " Subtiliss. Scotus 4. sent. d. 20. inquit, " Im-

(1) Observemus cum P. Ulloa 1. 4. de Sacram. disp. 5. c. 1. n. 21. & 22. quod hic descripsit Concilium Normam, & exemplar nostra Penitentia, Quiescit, ait, Ecclesia docet conditiones, seu qualitates, seu attributa rei secundum se praescindendo a melius esse rei, item ab hoc, vel illo statu, ab his, & illis personis, illa sunt necessaria ad simpliciter esse rei, & non tantum ad melius esse, alias nihil haberemus firmum ab Ecclesia circa rei Supernaturales quoad simpliciter esse ec. Si Ecclesia sess. illa 14. c. 4. docet nos conditiones,

qualitates, & attributa Penitentiae salutaris secundum se praescindendo a melius esse, & a simpliciter esse; item ab hoc vel illo statu, ab his, & illis personis; ut constat ex titulo ipso capituli; & docet magnitudinem, vehementiamque odii praedicti; inquit; " & certe qui illos sanctorum clamores consideraverit ec. Ergo hac vehementia (doloris si non quoad gradum in remissionem, saltem quoad efficaciam excidendi peccatum grave attuale) non tantum est requisita ad melius esse Penitentiae, sed etiam ad simpliciter esse ec. "

" Impossibile non est in extremis habere veram Penitentiam, qua homo salvari possit: Sed tam habere difficilissimum est, & rarissimum ec. " Petrus Sotus de Inst. Sacerdot. lect. 17. de perfecta contr. habet, " Et his quantum fieri potest considerantibus (aque attentis meditationibus conditatis divinis, & malitiae peccati) ex certa regula Fidei, & ex ipsis verbis scripturae concipitur affectus suos omni conatu oportet confortare: non semel, aut iterum, sed frequentissime etiam cum conatu proficiendi, hoc agendum ec. Interim sit satis curandum esse doctores, ut hanc quoque periculosam persuasionem (sed prudenter, & sobrie,) qua levissimum, immo fere nullum putatur negotium esse vere poenitere, cum tamen, & maximum, & arduum reputetur a Patribus ec. Sit igitur hujus doctrine scopus, ut admonentur qui, vere in Deum converti volunt, ut non semel, & persulfantorie, sed frequenter, & attentissime sese exerceant in Penitentia, & compunctione ec. Hac frequentia suppliciter quod fervori deest (juxta auctoritatem supradictam conditionem paulatim perducatur ad perfectum ec. "

II. Martinus Navarrus post maturam considerationem coactus fuit mutare sententiam in commentar. in 2. p. decretal. de Jubil. not. 17. & seq. dicens, " Insuper, quod dolens refero, videntem esse ne plerumque satis verum sit id, quod ait Glossa singularis Clement. 1. de Reliquis, & vener. Sanctior. scilicet paucos Indulgentias consequi, eo quod de vere poenitente, & confesso secundum illam diem possit illud Ecclesi. 31. Quis est hic, & laudabimus illum? Vendum, inquam, id plerumque satis esse verum. 1. Quidem, quia nemo, nisi poenitens eas consequitur ob praedicta, & vera Penitentia difficile attingitur ec. Et quamvis Deus munificentissimus sua munificentia facient id, quod in se est, eam (gratiam) conferat, rari tamen sunt aliorum collatione, qui id faciunt ec. Glossa praedicta olim nobis illam Clementinam Salmanticensem interpretantibus, ac postea multo tempore displicuit. " Substiti tamen, & dubitare ceppi posteaquam praedicta perpendi. "

Sanctissima virgo Theresia in divinis versatissima s. suorum monitum ait, " Clement vehementer, ac frequenter Praedicatoris adversus Con-

fessiones desuetas, negligenterque factas, tales enim instructio Confessiones animas quamplurimas ad inferos perducunt demone salutarum medicinarum in venenum convertente. (1) "

Mag. Canus Relect. p. 5. ad text. Apost. ad Hebr. 6. Impossibile est, eos qui semel illuminati sunt, & participes facti Spiritus S. & prolapsi sunt rursum renovari ad Penitentiam, ait, " Per excessum loquitur atque hyperbolice ingenium rei discutientem impossibile vocat, non ut desperent audientes, sed ut terrentur. Idcirco enim subdit Apollolus: Confidimus tamen de vobis, dilectissimi, meliora, & victoria saluti, tamen ista loquimur ec. Quae quidem hujus loci interpretatio mea non est, sed D. Hieronymi. "

III. Omnis pluribus aliis TT. quos allegare possumus, illud tantum adnotamus, quod idem respondent ad quod, " An ex perfectione vitae ac operum alititiae possit interdum Justus esse Moraliter certus de sua gratia? Et in quogradu? "

Eximius D. Suarez de gratia p. 3. l. 9. c. 9. n. 13. 17. & seq. indicata sententia illorum TT. qui hac in re dicunt, " Nullam certitudinem esse admittendam, " ait, " In quam sententiam allegatur antiqui Scholastici, qui solum conjecturalem cognitionem dicunt esse possibilem. Ita loquuntur D. Thomas, & Bonaventura. Durandus, Scotus, Gabriel, Gerson, & multi moderni ita loquuntur. " Si tamen illi cum Carthusiano, Vega, Soto, & Ruaro admittit uti possibilem aliquam Moralem mediorum certitudinem de recuperatione propriae gratiae per veram Penitentiam, cum dicit, " Non repugnat Justum aliquid (ex factoribus tamen perfectissimisque & perseveranter Deo servientibus, & familiariter cum eo agentibus) pervenire in hac vita ad habendam Moralem certitudinem suae gratiae, " auctiatur nihilominus quantum, & qualem diligentiam, & quae signa ipse postulet ad assequendum ejusmodi certitudinem in seq. textu. "

IV. Ponamus enim, inquit, per multum tempus frequenter & cum bona Fide confesum esse adhibendo magnam Moralem diligentiam ad accusationem orni ex parte legitimam faciendum ec. Ponamus ergo ulterius per multum tempus non habuisse remorsum peccati mortalis, & per

(1) Hujusmodi autem Venenum (quidquid vulgus opinetur) vix aliud esse potest, quam defectus doloris: Supernaturalis sed non habuit veram Penitentiam ec. Et hoc etiam multis in fine penitentibus contingit, quia non est facile ec. S. Bonaventura t. 1. opus. coll. de contr. secundo. II. ait, " Hoc teneo, hoc verum potus, quod ei non bonus finis est, cui semper fuerit mala vita. " Subtiliss. Scotus 4. sent. d. 20. inquit, " Im-

possibile non est in extremis habere veram Penitentiam, qua homo salvari possit: Sed tam habere difficilissimum est, & rarissimum ec. " Petrus Sotus de Inst. Sacerdot. lect. 17. de perfecta contr. habet, " Et his quantum fieri potest considerantibus (aque attentis meditationibus conditatis divinis, & malitiae peccati) ex certa regula Fidei, & ex ipsis verbis scripturae concipitur affectus suos omni conatu oportet confortare: non semel, aut iterum, sed frequentissime etiam cum conatu proficiendi, hoc agendum ec. Interim sit satis curandum esse doctores, ut hanc quoque periculosam persuasionem (sed prudenter, & sobrie,) qua levissimum, immo fere nullum putatur negotium esse vere poenitere, cum tamen, & maximum, & arduum reputetur a Patribus ec. Sit igitur hujus doctrine scopus, ut admonentur qui, vere in Deum converti volunt, ut non semel, & persulfantorie, sed frequenter, & attentissime sese exerceant in Penitentia, & compunctione ec. Hac frequentia suppliciter quod fervori deest (juxta auctoritatem supradictam conditionem paulatim perducatur ad perfectum ec. "

per illud idem tempus Sacramentum frequentatis cum eadem diligentia confitendo venialia cum magna dolore etiam mortalium, & desiderio consistendi illa, si occurrerint, & cum varietate Ministeriorum, aliisque circumstantiis propofitis. Igitur poterit tandem assignari instans, vel tempus, in quo talis determinata erudat cum eadem Morali securitate se obtinuisse remissionem omnium precedentium peccatorum mortalium, & similis discursus fieri potest de *Contritione*, que est altera causa intermedium sufficiens ad Iustificacionem, nam si ponamus huiusmodi hominem sapienter in vita, vel quotidie per multum tempus *terasse Actus Contritionis* faciendo quantum est in se, & quantum ipse assuevit potest perseverando diu sine conscientia mortalis peccati, non videtur possibile quia aliquando veram *Contritionem* elicitur suppositis Principiis certis de gratia, & promissionibus eius, quas habemus. Semel autem accepta hac Morali Fide de Iustificacione cum remissione omnium precedentium peccatorum poterit illa perseverare & crescere decursu temporis, tandem eadem causa gratie frequentando *Actus Contritionis toto conatu*, & cum eadem vel maiori diligentia Confessionem, & addendo Eucharistiam Communionem, eandem curam, & devotionem ec. usque accedere possunt alii nobiliores effectus divini Spiritus, quos Bernardus attingit, qui sunt magna devotio in Deum, contemptus rerum temporalium, animus proter Deum, vel non nisi propter Deum amans cui, ait Bernardus, *vivere Christus non tantum sit*, sed & diu fuerit ec. Ut omitt-

tam alia extraordinaria signa benevolentia, quam Deus erga Sanctos suos singulariter electos habet, que idem profatur. His ergo omnibus inspectis non videtur dubium quin ad aliquem gradum *Moralis* certitudinis iudicium de propria iustitia pervenire possit. 2. dico quanta, seu in quo gradu posset esse hoc certitudo? Non potest a nobis omnino determinari, videtur autem neque in summo, neque in infimo, sed in medio quodam gradu esse collocandam. 3.

V. Nunc jam sic. Possibile ne est quod tam frequens, tam vehemens, tamque emphaticus Scripturarum, Patrum, Conciliorum, Catechismorum, ac Theologorum modus, ac ratio inculcandi peccatorum Penitentiam, dolorem, ac detestationem, ac infimum significandi eius ardentem, aliud a Penitentibus se se ad sacramentalem absolutionem disponentibus non exigat, quam Naturalem illum dolorem sentiam, quem *Naturaliter* in ipsis generat peccatum admittit? Vel quod ab iidem aliud non requiratur, quam quendam peccati ipsius *dispendiam* forme *Supernaturalem* veluti in abstracto, atque orni Formali Motivo ad eam confutandam Contritionem, vel Attritionem, omnino necessario, *desitutum*? Possibile ne est quod eorumdem tam efficac & emphaticus modus, ac ratio inculcandi curam, sollicitudinem, ac diligentiam ad concipiendam veram peccatorum Penitentiam a peccatoribus sacramentaliter absolvendis aliud non expositat, quam unicam, vel duplicem Formalem Actus Contritionis quasi recitationem?

DISSERTATIO II.

Proponuntur *Rationes*, que nos dubitare cogunt de realitate, & sufficientia Penitentia consistentis in eo, quod a nobis unice apponatur unus, & aliter conatus ad eliciendam Contritionem.

CAPUT I.

Prima Ratio, que reddit dubium, quod Actus vere Contritionis elicitur a nobis ad primum vel secundum conatum appositum, ad illum eliciendum est Ratio Generica Supernaturalitatis.

I. UT Actus Contritionis, vel Attritionis sint, quales requiruntur ad nostram Iustificacionem, prater alia requisita debent esse in se ipsis essentialiter *Supernaturales*, pariter ac *Supernaturales* in se esse debent Actus Fidei, Spei, & Charitatis; consequenterque esse debent nobilissimi effectus nostri Intellectus, & Voluntatis *Supernaturaliter* elevatorum ad productionem eorumdem. Literum ergo poterantur proportionate concurrentium profecto effectus esse debent, & simul & quidem principaliffi-

me divine gratie auxiliantis, preventientis scilicet & concomitantis, sive divine virtutis, & omnipotentia ad illorum productionem specialiter applicata, & non solum, prout est causa prima, & per generalem concursum ordinis *Supernaturalis*, sed etiam ut causa *Particularis*, & principalis immediate productiva per se ipsam talium effectuum, aut saltem mediante aliquo *Supernaturali* principio proximo physico, Actus Fidei, & Theologalium virtutum (ait Suarez t. 1. de Deo tr. 2. l. 2. de Prædest. c. 8. n. 5. & 7.) sunt *Supernaturales* per suam primam & essentialem entitatem. Et ratio omnium est, quia Formalia Motiva, in quibus hi Actus nascuntur, superant ordinem *Nature*, & vires *liberi arbitrii*. Inferunt gratiam requirunt ad hos Actus, ut Principium per se & physicum illorum, in quo est magna differentia inter hos Actus, & Naturales.

II. Nam ad *Naturales* gratia solum juvat

Mo-

Moraliter illuminando Intellectum, & excitando affectum, & tollendo impedimentum, ad hos autem Actus majus adiutorium necessarium est ec. Quia ad Actus *Naturales* habent potentie efficientes vires physicas, ad hos autem *Supernaturales*, & deinde vires ad eos eliciendos etiam per se & physice. Unde necesse est, ut ad hos Actus Deus per se concurrat, non tantum primam causam agens per concursum generalem, sed etiam ut causa *particularis*, & *principalis*, vel immediate, vel saltem inquirendo aliquod principium proximum, & physicum talium Actuum simul cum Intellectu, & Voluntate. Per hoc autem non excluditur concursus etiam Dei, ut *prime* cause ordinis etiam *Supernaturalis*, quia hic semper est necessarius propter dependentiam essentialem-omnis entitatis create a Deo. Denique non etiam excluditur *Moralis* concursus gratia per illuminationem, & inspirationem *Supernaturalem* ordinis, nam hic modus adiutorii gratie est, ut definitum Concilia, & fundatur etiam in *Supernaturali* substantia talium Actuum; quia non potest Intellectus, & Voluntas ad illas conari, nisi per huiusmodi auxilia divina excitetur, ut tradunt Concilia, præsertim Tridentinum sess. 6. c. 3. ec. Etiam nunc, licet cum gratia auxilio fiant, non sunt magna difficultate sapienter finit.

III. Nunc sic: credibile ne est quod eo ipso quod quis adponat unum, vel alteram conatum, & quidem ut plurimum satis frigide, omnes isti concursus statim ac indubitate ponatur in *Actu secundo*, ita ut Actus ipsi evadant *Supernaturales*, seu supra totius Nature create vires? Utinam ita se res haberet! Sed prohi dolor! in quantum ignorantia, ac incurritualis tenebris circa hæc omnia involvitur! Audiat, queso, quid circa Charitatem, consequenterque quid circa Contritionem, que ab ipsa nasci debet, sentiant Theologi apud Suarezum de Gratia p. 1. l. 2. c. 14. n. 2. 9. 10. & sequi qui sic ait: Veritas Catholica in primis est non posse hominem diligere super omnia Deum Auctorem gratia, & salutis amore amicitia, & propter se ipsum sine *Supernaturali* auxilio gratia ec. Potest amor esse super omnia ex vi Motivi, & excellentie objecti, & rationis diligendi illud, & sic est super omnia absolutus, & efficax amor Charitatis Dei, idque habet ex vi suæ perfectionis essentialis, verumtamen hic etiam modus non est *specificus*: nam convenire potest amor *Naturali* Dei intra suam latitudinem ec. Ultimo addenda est ratio a priori, que luminata est ex Motivo, & objecto Formali diligendi, simulque solvenda præcipua difficultas ec. Que consistit in distinguendis Motivis Amoris *Naturalis*, & *Supernaturalis* Dei propter se ipsum, & ex sola amicitia, seu benevolentia Dei, quod multi tam impossibile reputant, ut propterea quidam negent dari Naturalem dilectionem Dei ex pura benevolentia: alii vero concedentes illam, negent posse distingui specie ab Amore Charitatis: alii denique distinctionem

admittentes negant illam sumendam esse ex objectis seu Motivis diligendi, sed ex principiis, vel ex sola entitatem varia perfectione ec. quas opiniones jam reprobovimus ec.

IV. Alii ergo, ut hanc distinctionem ex objectis assignant, dicunt Amorem naturalem tendere in Deum, ut cognitur per rationem *Naturalem*, Charitatem vero tendere in ipsum ut cognitur per *Fidem* ec. Hæc autem differentia per se sola non sufficit, nisi aliquid addatur ex parte objecti ad diligendum propofiti, vel rationis Formalis diligendi illud ec. Unie sola diversitas cognitionis, si aliquo objectum propofitum idem omnino sit, & sub eadem ratione proponatur, non sufficit ad distinguendos Actus voluntatis, sicut Actus Amoris Dei in via, & in patria eiusdem rationis est, etiam per cognitiones specie diversas applicatur: & confirmatur: quia circa Deum consideratur per *Fidem* solum ut Creatorem, potest Voluntas operari solo affectu *Naturali* cum diligendo, vel colendo, quia illud bonum cognitur *Naturale* est, & modus cognitionis *Supernaturalis* non potest impedire quia minus in sum objectum feratur, prætermodum modo cognitionis, circa quem nullo modo versatur. Respondetur vero alii ex illis diversis cognitionibus residere in objecto diversas rationes Formales, sub quibus terminantur duos Amores *Naturalem*, & *Supernaturalem*, etiam eadem res, & ex eodem Motivo bonitatis amanda proponatur ec. Sed hoc non satis rem declarat. Nam eadem est in objecto aptitudo ad terminandum affectum, que est ad amandum & attrahendum ec. Sed aptitudo ad movendum affectum non est bonitas sic, vel sic cognita, sed est bonitas ipsa prout talis, vel talis est ec. Nec obstat quod Amor *Supernaturalis*, natura sua postulat præviam cognitionem *Supernaturalem* (qualis est illa *Fides Supernaturalis*, vel visiois *beatifica*); quia hæc in primis postulat, ut sit proportio commutabilis inter Actus, & principia eorum, non vero ut inde sumenda sit species, vel genus Amoris. Deinde per se requiritur *Supernaturalis* cognitio, ut in objecto possit tendere aliquid superiorem rationem diligendi, quam ratio *Naturalis* non assequitur. Nichilominus tamen quia Fides etiam *Naturali* Motiva contemplari potest, non repugnabit ex illis moveri *Naturalem* affectum ec. Addunt alii ec.

V. Dicitur ergo (pergit Suarez) aliter per *Fidem* cognosci Deum ut majorem Benefactorem, nostrum quam per solam rationem *Naturalem*, quia per *Fidem* plura beneficia cognoscimus nobis a Deo provenire, quam per *lumen Naturalem*; & inde diversum amorem erga Deum oriri: Neque multum ab hæc ratio discrepat communis modus distinguendi Deum, ut finem *Naturalem*, vel *Supernaturalem*; Auctorem *Nature*, vel *gratia*: & quod sub his rationibus diligitur Amor *Naturalis*, vel *Insuper*, qui ex illis rationibus sufficienter distinguuntur specie: Quia licet bonitas Dei in se sit eadem, apprehenditur sub diversis titulis seu gradibus bonitatis, & sub communicationibus diversarum ratio-

rum.

num, quas nobiscum habet in bonis suis, que communicationes solent esse sufficientes ad distinguenda amicitia. Quam rationem distinguendi hos Amores, & objecta videntur sequi autique Auctores ec. Sensus ergo est, bonitatem Dei spectatam ut *Supernaturaliter* communica- bilem hominibus per gratiam, & per gloriam sub quadam excellentiori ratione bonitatis apprehendi, que ad amorem sui, & propter se ac super omnia movet, qui amor inde habet speciem excellentioris ordinis, ac vires Naturæ superantis ec. Nam bonitas Dei præcisè specta- ta, ut Auctoris Naturæ, habet cum Naturæ vi- culum quoddam Naturale, & quasi necessariam connexionem ratione essentialis dependentiæ, quam habet Naturæ a Deo Auctore suo, tum in ratione primi principii, tum ratione ultimi finis proportionati Naturæ. Et ideo bonitas sic considerata, licet aliquando in se sit infinita, & longe altioris ordinis ab omni creata Naturæ, nihilominus in ratione objecti est *Naturalis* ratio amandi, & Deus est objectum *Naturale*, quia Naturali impetu tendit voluntas in Deum sic spectatum. At vero eadem Dei bonitas specta- ta, ut *communicabilis* per gratiam, & Deus ipse ut *Auctor gratiæ, & Supernaturalium* donorum non habet Naturale vinculum cum ratio- nali Naturæ, quia Naturæ, ut fit, & omnem Naturalem perfectionem habet, non dependet a Deo ut Auctore gratiæ ec. Nam ipsa bonitas Dei secundum se spectata licet sit altior & excellentior, quam omnis Naturæ creata, non est absolute *Supernaturalis*: ideoque censetur con- tenta intra ordinem Naturæ, & objectum *Naturaliter* diligibile; verum ut est communica- bilis homini aliis modis *superantibus ordinem Naturæ*, est *Supernaturalis* quoad connexionem cum Naturæ, & consequenter est etiam objectum excedens inclinationem, & vires Naturæ, & ideo fieri non potest, ut Amor Naturalis sit equalis in adhesionem ad Deum secundum appropiationem cum *Supernaturali*. Sed instant alii- qui, homines simplices & rudes nesciunt has rationes discernere in Bonitate Dei, & nihilominus illum diligunt ex effectu amore Charitatis, etiam si bonitatem ipsam vel simpliciter, & absolute considerent, vel etiam si illi Naturali ratione illum contemplantur. Respondetur: si rudes & simplices ex pura ratione procedant (adde, vel ex Fide *more acquisita*) sine dubio non diligunt Deum *sicut oportet*, etiam si per benevolentiam & propter ipsum eum dilige- re videantur. Si autem procedant ex Fide, quamvis nesciant illas rationes nostro speculativo modo distinguere, nihilominus in usu ipso, & exercitio apprehendunt Deum, ut bonum *quodam excellentiori ordinis*, & hoc satis est, ut per gratiam ad *Supernaturalem* amorem ele- ventur.

VI. Ex quibus omnibus rite perpen- ditur, cumque Theologiam vel e limine salutariter, jam videt, & quam maxime et difficultas in distin- guendo *Naturalem* Actus Fidei, Spei, Charita-

tis, Contritionis, & Attritionis omnino insuf- ficiens ad nostram Justificationem, ab Actibus *Supernaturalibus* harum virtutum ad ipsam Ju- stificationem absolute necessariis: & quanta sit aditæ in eliciendis ejusmodi Actibus *Supernaturalibus*. Verum quidem est non sentire hac in re cum D. Eximio scilicet quod aliquo modo, Ex vi Formalis objecti determinetur, quod Actus sit *Naturalis*, vel *Supernaturalis*, & quod non pendeat, ut aliqui volunt, ex sola Dei volun- tate determinantis concursum, vel auxilium suum ad talem, vel talem entitatem Actus, quia aliter, ut ipse animadvertit n. 18. & 19. Nunquam erit in potestate hominis salvari eti- am posita quacumque Gratia præventive, & cum illa faciendo quod in se est, quod dictum non potest, pendebit enim totum ex eo quod Deus voluit dare auxilium concomitans huic, & non illi, atque ita unus damnabitur, cum ex parte sua nihil fecerit minus. Ex quo toto colligi- tur quantum ratio *Supernaturalis* reddat dubio- sum, quod ad primum vel secundum sonant a nobis positum, revera perveniamus ad elicien- dum verum Actum Fidei, Spei, Charitatis, Contritionis, vel Attritionis.

CAPUT II.

Secunda Ratio, ob quam redditur satis dubi- um, & arduum quod perveniamus ad elicien- dum Actum veræ Contritionis ad primum vel secundum conatum positum ad illum elicien- dum est ratio specifica talis Actus *Superna- turalis*.

Quia, ut ait Angelicus 1. 2. q. 55. ar. 4. Constitutum Formale Actus *veritatis*, uti etiam *causæ* quæque rei, non solum provenit ab illius genere, sed etiam ab illius differentia specifica, causa, inquit, Formalis virtutis, sicut & causabilis rei accipitur ex eius genere, & differentia. Ex quo sequitur, quod in Penitentia præter dictam rationem generi- cam Actus *Supernaturalis*, ratio differentialis specifica, sive illa predicata omnibus aliis *requisitis* prædita, per que ipse *Supernaturalis* Actus Penitentia constituitur in specie talis Penitentia, id est veræ Contritionis, sive Attritionis, est plusquam sufficiens ad illum reddend- dum valde dubiosum, operosum: cum non suffi- ciat quod Actus veri doloris sit in se ipso ef- fectualiter *Supernaturalis*, sed ulterius requiri- tur, quod ipse infusus sit *vera illa detestatio* de admisso peccato orta (si fit Attritio ex timore Dei æterna supplicia minantis), associata vero emendationis proposito, quod penitus ex corde eliminet omnem adhesionem erga quodcumque obiectum graviter peccatum, ac insuper nata ex *Supernaturali* Fide & Spe. Vel (si fit perfecta Contritio) orta ex amore *Supernatu- rali* Dei reipæ ab ipsomet Penitentis super omne aliquid quodcumque bonum dilecti. Dolor Contritionis ex Charitate causatur, ait D. Thomas 1. p. q. 4. ar. 1. postquam q. 3. ar.

1. loquens de difficultate peccati præteriti di- cerat. Talis dolor in Contritione excedit om- nes alios dolores: quia quantum aliud placet, tantum contrarium eius displicet. Finitis autem ultimus super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderentur: & ideo peccatum, quod a fine ultimo avertit, super omnia displicere debet. Quia (superaddit q. 86. ar. 3.) est contra Deum super omnia dilectum, quod requiritur ad rationem veræ Penitentia ec. Et ita communiter sentiunt alii Theologi. P. Platellus de Sacram. n. 543. ait, Ut contritio sit perfecta, & sufficiens ad remissionem peccatorum debet esse *appretiative* summa, id est talis, ut contritus vere eo admisso simi- liter super omnia doleat, & de eo admisso simi- liter super omnia amaret (si fit perfecta contritio), ita ut ipsi doloris illi sit affectus, ut nallet quodvis aliud malum pati potius quam peccare: et commuais, & certa sententia ec. Quia contritio perfecta est dolor de peccato propter Deum summe quoad appetitionem dilectum. Et ideo D. Augustinus ser. 7. de temp. ait, odium peccati, & amorem Dei esse veram, & perfectam Penitentiam.

II. Nihilominus hæc omnia adhuc non sunt satis. Requiritur ulterius, quod *Supernaturalis* penitendo & detestatio peccati orta ex amore, vel timore *Supernaturalis* Dei sit, ut oportet, ut loquuntur Concilia. Quia dispositio (seu contritio idem dicitur de Fide, & Spe, ait Suarez de gratia p. 3. l. 9. c. 10. n. 10.) illi non est Actus v. g. amoris, vel doloris abso- lute lumpus, sed cum hoc addito, *sicut oportet*, sicut Concilia loquuntur, in quo illud *sicut oportet* positum fit, vix a sapientibus cog- noscitur, nam ipsi etiam eruditissimi Theologi in eo explicando non conveniunt, nec sub ex- perientia cadit, nec per effectum sensibilem evi- denter manifestatur, ut ex dictis notum est: ergo ex vi sanctificationis per Sacramentum nunquam potest recipiens certitudinem Theolo- gicam susceptæ gratiæ comparare. Neque obstat quod Sacramentum possit gratiam cum sola At- tritione conferre; saltem in Baptismo, & Pen- itentia; tum quia, licet hoc sit verum, non est de Fide certum, etiam in his Sacramentis, tum etiam quia ec. tum maxime quia etiam ipsa Attritio requirit *sumum modum*, ut fit *sicut oportet*: qui modus nunquam est evidenter no- tus, ec. Quia non potest homo absoluta certitudo etiam Naturali ac Physica, seu Meta- physica cognoscere se dilexisse, aut diligere Deum ex vero, & puro amore Charitatis, seu benevolentia propter ipsum, vel detestari pec- catum propter Deum, *sicut oportet* ec. Accedit quod præter *Supernaturalitatem, & perfectionem essentialis talis Actus*, que satis occultæ non- bis est, sunt inter Theologos opiniones de mo- dis accidentalibus, ut de intentione, ac dura- tione ec. Dicit namque aliquis quod illud *sicut oportet*, nihil aliud dicere velit, nisi quod hi Actus *Supernaturales* esse debeant effectus

gratiæ: verum audiat ipse iterum laudatum Suarez de gratia p. 1. l. 2. c. 6. n. 3. dicen- tem, illud *sicut oportet, ad qualitatem, vel perfectionem ipsius Actus referendum est*, non ad principium, a quo fit Actus, tum quia alias esset petio principii, sui identica repetitio, & inutilis definitio: nam sensus particu- lar, *sicut oportet*, est, id est, modum *Superna- turali* in fieri. Unde perinde esset ac si dice- retur, esse necessariam gratiam ad credendum ex gratia, vel e contrario non posse Actum fieri ex gratia sine gratia, quod profecto ridicu- lum est: tum etiam quia illa particula videtur addita contra Semipelagianos dicentes, Actus *Naturales* esse meritorios gratiæ, vel dispositio- nes ad illam, & ideo Concilia dicunt Actus hos non posse fieri per vires Naturæ, *sicut oportet*, ut gratiam mereantur, vel ad illam disponant; hoc autem habent Actus excoquo *talium qualitatis, vel perfectionis sui*, idem ergo significat, *sicut oportet*, ac dicere cum per- fectione Actus, que necessaria est ad dictos gratiæ effectus.

III. Unde nullatenus idem est elicere Actum *Supernaturalem* doloris ac detestationis peccati ex Motivo divini bonitatis offensa, quamvis intentum, ac conjunctum cum seipso proposito non peccandi de cetero, ac ipso facto certo, vel prohibiter verum contritionis Actum elice- re. Et ratio est evidens, quia non idem est elici- tum Actum contritionis in hunc modum, ac ip- sum necessario habere omnem perfectionem in omni linea: siquidem accidere potest, quod alii- quis doleat intente de suo peccato ob bonitatem divinam a se offensa, & nihilominus non faciat verum Actum perfectæ Contritionis, v. g. si doleat ob divinam bonitatem a se vere am- tum, sed non appetitive super omnia: aut quidem a se appetitive amatum, aut non per se ipsam ut absolute in se bonam (quamvis aliunde cum aliqua relatione ad nos: quandoquidem non videtur, quod penitus excludatur, nisi plures volent, ab amore perfecto Dei illud ineffabile illicium, quo divina bonitas, utpote omne nostrum bonum, ac unica nostra spes nos ad se trahit, ut nobis satis indicata verba illa Augustini l. 1. de Trinit. c. 1. Cujus rei ad- ipiscende ipem quisque non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quamvis quam pulchra sit, videat. Ac illa etiam Angelicus 2. 2. q. 86. ar. 13. scilicet, Quod unicuique erit Deus tota ratio diligendi, eo quod Deus est totum hominis bonum. Dato enim per impossi- bile, quod Deus non esset hominis bonum, non esset ei ratio diligendi. Quamvis forte, ut alii volunt, saltem in raro casu possit dari Dei amor sine ullo respectu ad nostrum commo- dum) sed tantum ut nobis bona, & ut finis nos- ter unicus: sine amando bonitatem divinam autem appetitativo non quidem practice, sed solum speculative.

IV. Nullus qui dolet de peccato propter divinam quidem bonitatem, sed non dilectam appetitive super omnia, vel appetitive, sed

non propter illam ut in se absolute bonam, sed ut bonam nobis, id est, nostrum ultimum finem; vel appetiendam illam quidem in se ipsa non tamen practice, sed pure speculative; nullus inquam, sic amans Deum habet amorem sufficientem ad contritionem; quia nullus ex his tribus amoribus sufficit per se precise. Sed aliquis dolens de peccato propter divinam bonitatem potest aliquando dolere propter hanc, quin eam appetierit super omnia, ut quando dolemus de offensa interrogata Amicis, Parentibus, & Magistris propter suas bonas intrinsecas qualitates, vel appetiendam illam quidem super omnia, ut est nostrer ultimus finis, seu nobis proficua, non autem precise, & pure quia in se est absolute bona, vel appetiendam illam mere speculative, aut secundum se: ergo aliquis dolens de peccato propter divinam bonitatem non habet amorem necessarium ad perfectam contritionem; ergo hic amor non probatur ex eo tantum, quod aliquis dolens de peccato propter divinam bonitatem. "Hincque P. Ulloa de Penit. d. 1. c. 2. n. 13. & 14. Quod confirmat t. 5. d. 1. c. 1. n. 22. dicens "Si non diligit Deum super omnia vel signare, vel exercite non habet Actum perfectam Charitatis Theologicæ necessarium ad Justificationem, seu qui sit virtualiter delectatio omnium peccatorum: ergo fieri potest, quod aliquis habeat Charitatis Theologicæ Actum, nempe diligendo Deum propter solam suam bonitatem, quin iustificetur, quia non sunt idem semper, ac universe diligere Deum propter suam bonitatem, aut diligere Deum super omnia signate, vel exercite. Hoc est diligere Deum, prout oportet." En tres species amoris divine bonitatis propter se amata, qui quavis sit inensus ac conjunctus cum detestatione peccati admitti, & serio proposito non peccandi de cetero, non sufficit ad constituendam perfectam contritionem.

CAPUT III.

Tertia Ratio, qua magnopere confirmat & augeat prædictum dubium sunt requisita necessaria ad hoc, ut dolor de peccatis propter divinam bonitatem retipsa sit perfecta contritio.

I. UT dolor divine offensa propter summam Dei bonitatem sit perfecta Contritio ultra Supernaturalitatem debet esse liber & proxime & adequate conceptus ex divina bonitate ut bona in seipsa, præcise ad aliquo modo a nostra utilitate. Et ulterius debet esse amor appetitivus summi Dei, non solum speculative & secundum se, sed practice ac reduplicative ut in circumstantiis ec. Et in hoc sensu intelligi debet, ait P. Ulloa d. 6. c. 2. n. 23. & 24. Illud quod communiter dicitur, quod sufficit dolor de peccatis dicitur ex Motivo divine bonitatis. Quapropter, inquit, frequens locutio, qua omnes utimur extra Scholam, nempe sufficere dolorem de peccatis propter divinam bonitatem, intelligenda est in sensu,

quem explicat ultima pars conclusionis n. 23. (disp. 6. c. 3.) nempe debes intelligere amorem ornatum omnibus prædicatis. 1. Esse liberum libertate iudicantis. 2. Esse Supernaturalem. 3. Esse conceptum proxime ad adequate ex divina bonitate ut in se ipsa bona, præcise ab utilitate, & convenientia nostra, saltem tanquam ab objecto Formali præsupposito necessario ad amorem illum. 4. Esse appetitivum illum non tantum speculative, ac secundum se, sed practice, ac reduplicative ut in circumstantiis tunc præsentibus super omnia saltem, quæ iuxta conscientiam graviter obligantem ipsi proponi debent; quod addo propter peccatum veniale, cum quo conjungi valet perfecta Contritio de mortalibus. Quod si aliqd ex hoc abfit, scito Contritionem non esse perfectam, id est, imparem esse justificando per se precise peccatorem. "

II. Hæc tamen Contritio (ait ipse P. Ulloa n. 24.) ultra eos tres Actus jam dictos diligit cum omnibus suis prædicatis importat essentialiter amorem Dei Supernaturalem, ac liberum appetitivum illius super omnia ec. Sed non est amor appetitivus, qui remote solum, ac tanquam ex ultimo resoluto movetur ex divina bonitate etiam adquate, & ut sibi, & in se bona. Non enim qui proxime utitur, iuxta conscientiam graviter obligantem eidem bonitate movetur ex ea, ut in se bona, sed qui proxime adquate movetur ex Deo, ut in se bono plus habendo practice ipsam, five signate, five exercite cum cetera omnia, quæ iuxta conscientiam graviter obligantem eidem proponenda sunt. Confirmatur: omnis amor, qui non est appetitivus Dei super omnia signate, five exercite, non est contritio perfecta, quoniam hæc intrinsece claudit illum amorem; sed aliquis amor liber, & Supernaturalis Dei potest non esse appetitivus ejusdem super omnia, quia licet Deus dignus sit, quem super omnia estimemus, & licet hoc idem nos cogno-

scimus, non semper facimus illud, quod cogno-

scimus debere fieri. Unde bene solemus amare alia objecta, v. g. amicum, supellectilem, honorem propter intrinsecam bonitatem, qua possident hæc objecta, quin tamen appetentiam illa super cetera omnia; ita debilis nostra voluntas potest amare Deum non propter aliud extrinsecum, sed propter intrinsecam ipsius bonitatem, quin assensum ad eum heroicam gradum directionis, ad quem assurgere debet, nimirum appetiendum Deum super cetera omnia ec. Ergo ec.

III. Dices (pergit Ulloa,) omnis Actus Charitatis Theologicæ est appetitivus Dei super omnia: sed omnis amor Dei propter solam intrinsecam sui bonitatem est Charitatis Theologicæ; ergo ec. Major negari potest; quia de ratione Actus Charitatis Theol. solent habere pro objecto proximo ad adequate aliquid divinum in se bonum. Unde sicut potest Actus habere hoc Motivum, quin vividus sit intentione,

ne, aut duratione, aut arduitate, ita quin habeat appetitionem signatam, vel exercitum super omnia; quia Actus habentes idem objectum Formale non semper sunt pares quo ad omnia. Dicitur communiter Charitatem Theol. appetere Deum super omnia, quia communiter est sermo de Actu primario Charitatis (quocum de Fide est non consistere, nec simul comparari de Fide gravi culpe, ut erronee intendit Bajus Prop. 31. 70. & 71. a Gregorio XIII. proscriptis, quo perfectius contritio. Potest item negari in totum, quia Actus ille spectare potest ad amicitiam Moralem cum Deo, quæ amicitia non affertur ad apicem Charitatis Theologicæ; sicut enim amamus amicum amore benevolentia pure propter ipsius bonitatem, quin ad majora assurgamus, & tunc ille amor erit solus amicitia Moralis, & honestæ cum Deo; sed non excellentissima illius amicitia, quam importat Charitatis Theologicæ, & ad quam toties monetur a sacra Scriptura. "Quod quidem ipse jam animadvertet c. 1. d. 5. n. 28. dicens 9. tametsi summissis illa bonitatis divinæ debeatur potest ceteris omnibus, ceterum, fieri potest, quod Intellectus agnoscat illam divinam bonitatem summatim, & voluntas amet Deum propter illam, & tamen quod in propriam relabatur misericordiam, non appetiendam illam super omnes profus lacrimas commoditates proprias: nam video meliorem, proboque, & deteriora sequor: ergo stat diligere Deum, quia est summa bonus, & non diligere eum prout debetur summa ejus bonitati; nimirum illam præhabendo ceteris omnibus graviter illi oppositis: sicut stat diligere Deum, quia bonum, & non diligere eum, quia summe bonum. Unde obiter habet ad Charitatem Theologicam justificandam sufficientem non sufficere quod amor Dei divinam habeat pro Motivo proximo ad adequate divinam bonitatem, (& idem dicitur de Fide, & Spe Theologicis, sed insuper requiritur talem specificam proprietatem in amore ipso, nempe quod ita tenaciter uniat voluntatem cum Deo, & hunc plus affinet quam cetera omnia infinita. "Modo fit. Si adeo timendum est, quando Afus ipsi Charitatis, & Contritionis supponitur in se ipsis Supernaturales & Insufficiens quod respicit non pertingant ad rationem vera Charitatis, Fidei, Spei, & Contritionis, quanto magis timeri debet, ne ad eam rationem pertingat, tunc quando ipsimet supponuntur, ut ira dicam, ad hoc indifferentes, ut sunt Supernaturales, & Insufficiens, aut etiam mere Naturales, & Acquisiti, de quibus merito ait Cajetanus in 3. p. q. 82, ar. 5. & 6. "Scendum est, quod aliud est habere aliquem habitum electivum secundum rationem virtutis, v. g. aliud est habere habitum amoris acquiritum ex frequentibus Actibus amandi Deum, & Proximum etiam secundum regulas Fidei; & aliud est habere Virtutem Charitatis. Habere virtutem charitatis est habere Habitum Insufum di-

videntem Filios Dei a filiis perditionis: habere Habitum Acquisita Charitatis non est habere hujusmodi virtutem, quæ est donum Dei. "

CAPUT IV.

Roboratur prædicta Ratio querens: Quid sit Appetitio Dei super omnia?

I. Andatus P. Ulloa cit. d. 5. c. 2. n. 20. & Card. de Lugo disp. 5. de Penit. sect. 2. n. 21. & 23. explicant Appetitionem Dei requisitam ad veram nostram Contritionem in hunc modum, "Quid est entitative (querit Ulloa) in seipsa atque ex parte rerum hæc Appetitio? Siquid Theologi in explanatione hujusmodi. Respondent illam consistere in Actu quodam, quo volumus pluris æstimet illud Formale objectum, quam reliqua omnia tunc concurrentia, & possibilia, consuevit saltem, atque in genere cognita formaliter, vel æquivalenter, & quæ juxta conscientiam graviter obligantem posponi debent illi objecto Formali, vel in Actu, in quo plus detestatur voluntas hoc objectum Formale (si fit ex eis objectis, quæ movent per odium filii) quam alia mala similibus prædicta qualitatibus, ita ut Actibus ipsis existentibus prompta fit voluntas ad earendum potius illis bonis, quam eo objecto Formali, vel ad subeundum potius hæc mala, quam illud objectum Formale. "

II. Card. verode Lugo ait: "Siquidem ad dilectionem Dei super omnia, vel ad dolorem de eius offensa super omnia, vel ad necessitatem comparatio expressa cum aliis objectis, queritur quid sit illud, quod habet ille Actus, ratione cuius dicitur esse super omnia, & habere Virtutalem, & Implicitam comparationem? Respondet hunc excessum, seu hanc Implicitam præstationem nihil aliud esse, quam talem modum efficaciam, & firmitatis, qua voluntas fertur in suum objectum, qui modus optime declaratur exemplo Actuum Intellectus; nam in Actibus Intellectus invenimus hunc diversum modum adherendi magis vel minus firmiter suo objecto, quam firmitatem vocamus certitudinem iustitiam, hoc est firmam illam adhesionem, qua Intellectus adhæret objecto per assensum certum: nam licet per assensum intellectus illi objecto; non tamen firmiter, sed cum formidibus, hoc est ralius, ut ira dicam, ad hoc indifferentes, ut sunt Supernaturales, & Insufficiens, aut etiam mere Naturales, & Acquisiti, de quibus merito ait Cajetanus in 3. p. q. 82, ar. 5. & 6. "Scendum est, quod aliud est habere aliquem habitum electivum secundum rationem virtutis, v. g. aliud est habere habitum amoris acquiritum ex frequentibus Actibus amandi Deum, & Proximum etiam secundum regulas Fidei; & aliud est habere Virtutem Charitatis. Habere virtutem charitatis est habere Habitum Insufum di-

Habet enim implicitam, & Virtualem prelationem, hoc est, talem modum assentiendi cum excellenti gradu adhesionis, & firmitatis, ut ostendat intellectus multa prioribus ratione ab eo absentia se posse dimoveri. Hoc eodem modo se habet voluntas etiam sic Actu absoluto, quo vult aliquid obiectum; aliqua enim obiecta vult absolute quidem, sed infirma quadam, & debili adhesionem; ita ut ex ipso modo adherendi ostendat suam formidinem, & quasi promptitudinem ad discedendum facile ab eo obiecto, si se offerat occasio; alia vero amplectitur firmiter, sed non omnia eodem gradu firmitatis, sicut nec Intellectus assentitur eodem gradu certitudinis omnibus, quibus certo assentitur: quando ergo voluntas adheret, & amplectitur obiectum supremo illo gradu adhesionis firmam, & efficaciam, qui responderet adhesionem Intellectuali quo assentitur obiectis Fidei, tunc ex ipso modo firmiter omnino adherendi ostendit implicitae se immobiliter adherere illi obiecto.

III. Ex quo sequitur, quod *Appretiativus* Dei super omnia in Actibus *Supernaturalibus* Charitatis, & Contritionis consistit in illo *supremo gradu illius talis forma*, & *efficacia adhesionis*, quoniam nostra voluntas per eiusmodi tunc Actus fertur in summam Dei bonitatem, implicitae demonstrans se immobiliter ei adherere: & nullatenus, ut plures male putant, consistit in majori *Intentione* praedictorum Actuum; quandoquidem, ut observat in igitur hic Theologus cit. l. n. 18. dicens, "Constat posse esse amorem intentum sine excessu (appretiativus super omnia); quia ille amor, qui non erat appetitativus potest intendi circa idem obiectum: Non ergo habebit per gradus superadditos *Appretiationem*, quam non habebat per priores, immo simplicem *complementum* sistentem intra perfectionem complementis simplicis potest esse intentus; quia gradus superadditi non faciunt tam esse amorem *absolutum* nec respiciunt obiectum alio modo; sic etiam amor absolutus imperfectus potest intendi, & manere intra rationem amoris imperfecti... in quo omnes conveniunt."

III. Confirmatur hucusque dictum ex ratione a nobis alibi & a cit. Ulloa t. 3. d. 2. c. 1. n. 23. & 24. indicata, dum ait, "Igitur Fidei, Spei, & Charitatis (quod aequae de Actu Contritionis dici debet) Actus trifariam possunt esse perfecti. 1. Perfectione *obiecti Formalis*, quatenus habeant pro obiecto Formali id, quod revera est obiectum Formale illius. 2. Perfectione *Motionis*, quatenus proxime a plenae ac totaliter moveatur ex illo. 3. Perfectione *Universalitatis* quatenus signate vel exercite ob sumum ardeant, efficaciamque appetitativam repellant omne graviter oppositum ei obiecto ec. Ceterum illa duae species perfectionis, nimirum obiecti Formalis, & Motionis ex illo per se praecise non sufficiunt, ut Actus Charitatis sit Virtualiter defectio omnium lethaltum, neque ut assensus Fidei Theologicus sit Vir-

tualiter assensus omnium articulozum; & peccator in sensu composito sui peccati potest habere Actum perfecte Charitatis perfectione solius Motus, & Motionis ex illo (quare, ait, ne blandiantur quis sibi de Statu gratiae, eo quod sibi videatur diligere Deum pure, & precise propter ipsius absolutam bonitatem, si non diligatur cum super omnia universaliter signata, vel exercite: hac enim est perfectio illa, de qua Tridentinum loquitur; nempe, quae signate, vel exercite excludit omnem voluntatem graviter peccaminosam; non vero illa altera perfectio gracilis, repida, & imperfecta;) & similiter Haereticus potest in sensu composito haereticus suae credere Articulis alios Actu Fidei Theologicae perfecte perfectione solius Motus, & Motionis ex illo: quorum rationem sepe dedi. Nimirum ad huiusmodi Actus non concurrere solum obiectum Formale, & de hoc identidem monendi sunt Adversarij, sed multa alia ec.

IV. Modo sic: quis non videt in prima quantitate salutare posse uniusquisque nostrum deificare in ponendo aliter ex praedictis requisitis, & similibus praedicatis constitutis vere Fidei, Spei, & maxime Charitatis, & Contritionis, utpote quae vires *Naturaliter*, & *obtus* nostrorum omnino excedunt, fugientes sicut lect. 16. observat cit. Sors dicens, "Quod si in re aliqua dubium esse potest, id maxime erit in *dilectione Dei*, utpote rei tam longe a nobis distantis, & tam sublimis." Secundo quam facile nos decipi posse iudicantes Deum super omnia a nobis appetitativam amari, & propter subtile Motivum eiusmodi amoris peniteri, ne oportet, cum primum aut secundum conatum ponimus, ut eos Actus eliciamus, & tamen in rei veritate res longe aliter se habeat coram Deo. Tandem cuiuslibet patet, quod iure dixerimus plus arduum ac contingens esse quam vulgo opinatur homines elicere Actum vere Contritionis ad 1. vel 2. conatum a nobis postpositum (quamvis libenter fateamur, quod si detur at hoc opus, hic labor est) debita cooperatio divina gratiae cum eliciat omnibus postpositum non solum ob genericam rationem *Supernaturalis*, sed etiam specificam eiusmodi Actus, & maxime ob requisita, ex quibus dependet, ut sit, ut oportet.

CAPUT V.

Quarta Ratio a posteriori quidem, ut ajunt, sed qua maxime dubium reddit, quod Actus Contritionis communiter elicitur ad 1. vel 2. conatum a Penitentibus postpositum ad eum eliciendum, est raritas, qua elicitur ab eisdem.

I. Verus Charitatis, vel Contritionis Actus ab omnibus fidelibus cum divina gratia

ria elici potest, (1) & posita sua ipsorum sufficienti cooperatione ab eis profecto elicitur; & aliunde ab iisdem fere omnibus saepius in vita, vel certe in morte praestatur solita diligentia aliquorum conatum ad eiusmodi Actus rite concipiendum. Sed praedicti Actus a paucis eorum efficiuntur: Ergo dicendum est, quod eisdem elicere solita illa Fidelium diligentia unius, vel alterius conatus, ut oportet, sit plus difficile & contingens, quam vulgo existimatur. Haec consequentia videtur legitima, Major quoad 1. partem est certa; quia quamvis uti in de gratia p. 3. l. 2. c. 2. n. 21. ait Suarez, "Potestas liberi arbitrii indiget auxilio efficaci, ut conversionem seu dispositionem sufficientem ad recuperandam Gratiam efficiat, & haec gratia efficaci ad resurgendum a peccato non fit promissa omnibus semel iustificatis, qui gratiam perdidit, neque omnibus de lege ordinaria detur, " nihilominus nulli, qui repentina morte non precat, maxime si ille divina gratia aditus fuerit, quod in se est, Deus denegat gratiam sufficientem ad veram Penitentiam accedendam."

II. Id est, Deus non denegat gratiam sufficientem, quae quidem dari potest, & velle in Actu primo, ad hoc cooperatio voluntatis elevata per gratiam adjuvantem, illam reddat efficacem etiam in Actu secundo, uti cum schola Jesuitarum v. g. n. 21. ait vel ipse doctissimus Ferraris, "Juxta illud, quod colligitur ex 2. ad cor. 6. ubi Apostolus clamat nobis, ne in vacuum Gratiam Dei recipiamus ibi: Exhortamur vos ne in vacuum Gratiam Dei recipiatis: quibus verbis videtur clare moneri, ut demus (in actu scilicet secundo, siquidem in Actu primo gratia illam habet ex se ipsa) efficaciam gratiae, adeoque pendat a cooperatione nostra, non quidem iurata, sed elevata per gratiam adjuvantem, & hoc est conforme Concilio Tridentino, sess. 6. c. 4. ubi adfertur esse in potestate liberi arbitrii consentire, vel dissentire vocationi: sic enim liberi arbitrii cooperatio reddit gratiam efficacem; & concordat ratio, quia non alia ratione gratia in actu secundo dicitur efficax, nisi quia voluntas consentit: & non aliunde est inefficax, nisi quia voluntas dissentit." Et uti tr. 4. in Joan. supponit D. Augustinus dicens, "Quia agis aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum est, ut dicas sicut in Psalmo. Adjutor meus ego, ne derelinquas me: si dicis, Adjutor meus ego, aliquid agis, nam si nihil agis, quomodo ille adjuvat?" Nemini igitur in hoc sensu Deus denegat gratiam sufficientem. Cum verum sit illud Apostoli Petri ep. 2. c. 3. quod Deus "non vult aliquos perire, sed omnes ad Penitentiam converteri."

Et haec est communis T. T. Sententia apud Suarezum de Triplici Virt. Theol. disp. 12. sect.

4. n. 23. ubi ait, "Sicut Deus propter bonitatem suam non potest esse Auditor peccati, nec denegare auxilium necessarium ad non committendum peccatum, ita non potest esse Auditor peccati, nec de se negare auxilium ad mitandum peccatum, si per hominem non fuerit: ut est communis doctrina." Et quis aliter inquit Angelicus 2. p. q. 86. ar. 2., "Viceretur enim quodam modo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet." "Unde ex parte Dei non provenit quod nostram salutem non obtineamus. Quoad 2. vero partem praedictae majoris, quod scilicet ab omnibus fere Catholicis praestetur solita quaedam diligentia paucorum conatum ad veram Contritionem concipiendam, patet ab experientia quotidiana."

III. Jam vero 1. pars minoris, quod scilicet praedicti Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis maxime a paucis in vita ut oportet efficiantur, satis manifeste erincitur ex eo, quod in Fide, Contritionibus, seu Conversionibus maxime parvis Fidelium ad meliorem frugem, minime conspicitur effectus illi, qui in sequentibus describitur, "Justum deduxit Dominus per vias vestras ec. Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis. Declarat S. Synodus Contritionem non solum cessantem a peccato continere, sed etiam veteris vitae odium, & novae vitae propositum, & inclinationem iuxta illud Exechielis 10. Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor novum. & Spiritum novum ec. Iustificatis, & amici Dei facti renovantur de die in diem de virtute in virtutem tantum, mortificando membra carnis, & exhibendo ea arma iustitiae in sanctificationem." Quod autem Actus vere Contritionis a paucissimis in morte eliciatur (quae est 2. pars ejusdem minoris) est legitima consequentia communissime sententia Patrum, Interpretum, ac Theologorum ad textum Matt. Multi sunt vocati, pauci vero electi, loquentem ut ex contextu patet, de Christianis adultis. "Sententia communior est ex Christianis plures esse reprobos, quam praedestinos. Quod aperte affirmat D. Gregorius... D. Augustinus ec. & expostores commaniter circa illa verba: Multi sunt vocati ec. & circa Parabolum de semine, cujus ratiom quarta pars fructum attulit Luc. 8. Rationes leni signa hujus excessus sumuntur ab experientia, & usu quotidiano, & propensione ad pravos mores. Nam sine dubio plures ex Christianis male vivunt, & raro perseverant in statu gratiae, & verissime valde est, ita mori, sicut vivunt."

IV. Huius testimonio Eximii Doctoris de Deo l. 6. c. 3. & de praedicta c. ult. addito illud do-

(1) Nam, ut ait Augustinus, "Nihil est tam arduum, quod Deo adjuvante planissimum non fiat."

doctissimi Interpretis A Lapide ad c. 2. v. 13. ep. Jacobi, Plures, ait, ex Christianis adultis damnari quam salvari, suadere videntur & Ratio, & Auctoritas. Ratio 1. est; quia longe plures fuerunt damnati tam in statu Legis Naturae . . . quam in statu Legis Moysaicae. 2. quia longe major pars Christianorum vivit in statu peccati mortalis, & juxta regulam S. Augustini, sicut quis vivit, ita & moritur, & vice versa. Dices; omnes suscipiunt Sacramenta in fine vitae. Resp. . . Ex iis, qui ea suscipiunt, multi ea male suscipiunt, ac proinde peccata non expiunt: multi enim laborant ignorantia crassa Articulorum Fidei, quos Explicite, & credere tenentur aequae ac Sacramentorum. Ac praesertim ignorat efficax Propositum abstinendi a peccatis requiri, ut quis sit capax abolutionis, & nesciunt quam fortis, & constantis resolutionis animi requiratur, ut propositum censetur esse absolutum & efficax ec. Denique multi, esto, sciunt Propositum efficax requiri ad abolutionem tamen illud procurare, & habere non fatigant, sed habere se simulant, immo sibi ipsis falso persuadent. Est enim Propositum hoc serium res ardua, subtilis, & difficilis. Multi autem nolunt vim sibi adhibere, & ad rem tam arduam toris viribus constringuntur. Porro multos carere hoc serio proposito colligit ex variis indicis. 1. Est, quod propositum obiter senuit elicium ec. Atque connotans saepe hoc non docent, non explicant, non incitant; sed communem tramitem expli-

candi Evangelica sequuntur, peccatoribus commendant Paenitentiam, Misericordiam Dei ec. . . V. Et idcirco jure optimo Sacramentum ac Sapientissimum Ven. Card. Bellarminus contray. de Poenit. l. 2. c. 11. ait, Utilissimum est peccata singula amarissime, & longo tempore ita debere, ut contritio non solum appreciatio, sed etiam Insuper, & Extensio. ut sic loquamur, summa dici possit. Hanc propositio-nem satis persuadent exempla, & corroboratio-nes Sanctorum ec. Quae quidem non eo solum toto animo amplectenda sunt, quod vix diximus, Contritio eo sit utilior, quo est major: sed etiam quia periculum est, ne homo se ipse fallat: & dum se ad acriorem, & intensam Contritionem excitare non fatigat, revera ne appreciative quidem toto corde crimina detestatur. Et Angelicus 3. p. qu. 3. art. 2. ait: „ Contritio ex parte doloris, qui est in ratione scilicet, quo peccatum displicet, in quantum est offensiva Dei, non potest esse nimia: sicut nec amor Charitatis, quo intentio talis displicentia intenditur, potest esse nimis: Et q. 19. ar. 2. adjungit: „ secundum quod motus liberi arbitrii in Penitentia est interior, vel remissior, secundum hoc Penitens consequitur majorem, vel minorem gratiam. Contingit autem intentionem motus Penitentibus quodque proportionatam esse majori gratiae, quam fuerit illa, a qua ceciderat per peccatum, quandoque autem aequali, quandoque vero minori. “

DISSERTATIO III.

Sensus celebriorum Confessoriarum, Ascetarum, & sacrorum Oratorum satis indicat nulla probabilitate dici posse Actum Contritionis, ut oportet elici solere ad primum, vel secundum conatum a Penitente positum ad eum concipiendum. Et deducuntur aliqua ex dictis.

CAPUT I.

Adferuntur aliquot textus ad rem facientes.

I. P. Bourdaloue cogit. super div. puncta, punct. 1. de Sac. Poenit. loquens de innumerabili multitudine Poenitentium, ait: „ Nos Confessarii ipsos interrogamus, utrum sint dispositi hoc est, si sint in animis vere contriti? Si habeant sincerum dolorem de peccatis, de quibus se accusant? Ipsi indubitanter respondent quod ita credant; at ingenue loquendo ita ne rationabiliter credunt? Et quomodo de hac re sibi persuadere possunt? Quandoquidem in quo stat hic sincerus dolor? In eo certe consistit quod sit quaedam plena cordis mutatio: ita ut cor reipsa abstrahatur ab illorum objectionum amore, quae ipsi antea in deliciis erant. Necessum est, quod ex vi supernaturalis Doloris odio summe habeatur illud idem, quod antea

vehementer amabatur: necessum est, quod cor in novum cor immutetur. Ait quid heroicis non supponit ejusmodi mutatio? Quis Sacrificium? Quam victoriam? At haec victoria poterit ne esse fructus cujusdam superficialis momentanea reflexionis, vel paucorum verborum frigidae, & veluti casu prolatorum (quod nos dicimus) ponere unum, vel alterum conatum ad Contritionem? Ec. Hoc positum, dicit aliquis, ergo multae Confessiones sunt nullae. Respondet, ita esse, & in hac re vix auctim dicere totum id, quod statuo. Et. Insuperandum ne erit longum ad abolutionem? Resp. Insuperandum esse tantum, quantum opportunum fuerit, ut Penitens de hoc melius edoctus judicet moraliter se esse contritum ac dispositum. “

II. P. Pisamontius Lect. ad 1. Exercit. Spirit. diem inquit: „ In primis qui peccant in confidentiam Confessionis futurae communitur ignorant, quid sit Confessio. Videtur quod exi-

filium, quod Confessio aliud non sit, quam peccata Confessario patefacere alique eo quod nihil celest, omittere. Hinc est, quod ipsorum, aliorumque plurimum dispositio ad Confessionem in alio non consistit, quam ipse redigendo in memoriam exactissime numerum peccatorum. Verum enim vero si ejusmodi diligentia satis esset, ut reconciliatio cum Deo obtineretur. Cui via arcta minime esset, ut dicit Evangelium, sed foro ipso laetior illa esset. Nam ubi est, queso, decantatus labor in accurate referendis propriis peccatis Confessario, dum tenetis ab unguis ad hoc assueti sumus? Certe, si hoc sufficeret, imprudenter inter peccatores illi scilicet, qui in circuitu scilicet, & amicis ea libentissime narant, reputandi erunt melius dispositi ad veram Confessionem faciendam. Non sufficit ergo ad perfectam Confessionem omnia peccata serupulosissima sollicitudine fidelissime enarrare, sed requiritur, quod totum hoc negotium esse Contrito corde oriatur. Confessio iugiter propria accepta vult dicere ad Deum converti, & ideo quamvis requiratur peccatorum manifestatio, ut Confessarius Penitentem abolvere possit, haec tamen sola minime sufficit, sed requiritur insuper versus peccatorum dolor, qui sequentes habeat conditiones, 1. Quod sit supernaturalis. 2. Quod sit summus. 3. Quod sit efficax &c. Insuper hic adnotandum est, quod haec vera Contritio provenire debet ex divina Gratia, & est donum Dei gratulium, & specialissimum, quod omnibus non datur, sed omnium, quae nobis divina bonitas impertiri possit pretiosissimum, & quidem toties quoties unumquemque illum vultis, vobis ad primum scilicet, vel secundum simplicem conatum ad eum elicendum positum) concedere debet? Probabile ne erit, quod vobis subito, & quidem ad nullam, vel fere nullam vestram diligentiam concedat hanc summam Gratiam, ac pretiosissimum donum, quod ipsemet quotidie denegat innumeris a se in impenitentia (vel, quod idem est, in falsa poenitentia) misere relidis? Donum pro quo obtinendo sancti tot corporis afflictionibus, tot lacrymis, tot meditationibus, tot reperitis conatibus, tot precibus se disposerunt. Donum pro quo obtinendo ad annum suam generalem Confessionem S. Carolus Borromeus ultra plures hebdomadas in Exercitiorum Spirit. S. Ignatii meditationibus expensis, ante Confessionem ipsam spatium octo horarum in elicendis actibus Contritionis impendebat. “

III. P. Segeri in Introd. Penitentis Infr. ait: „ Mirum est, quam apertum bellum demon indixit adversus hoc principalissimum Sacramentum, ut peccatoribus scilicet persuadere illo non tantum uti, quam abuti. Certum enim est, quod S. Theresia dicere solebat: Infernum perpetuo repleri animabus ob sacrilegas Confessiones: & scribens ad quendam sacrum Oratorem, ei praeibat hoc monitum: Pater, saepe

predicatio adversus Confessiones sacrilege factas, quia nullus alius diabolus eo commodior loquens ad animas frequentissime irretindas quam hic solus: Fator hoc dictum vobis sapientissime virginis olim in me admirationem ingenitum excitavit. Sed diuturna experientia in Missionibus acquisita me postea clare edocuit nihil illam per exaggerationem dissipl. Quamplures peccatores sibi maxime blandiuntur in eo scilicet, quod sepius peccatorum Confessiones instituerint, minime advertentes, forsitan nullam ex illis validam fuisse. Unde huic fallaci supposito inixit misere pereunt &c. Non dissuadet demon omnino hominibus Confessionem (immo aucti potest ipsam quandoque curare, ne sceleratissimi quidam sine illa discedant, ut sic melius alios ad peccandum allicit spe similis fallacis conversionis sub finem): sed operam dat, ut nunquam eam bene se valede faciat, ut nunc necessarium examen omitterat, nunc de vero dolore, ac proposito parum curetur, nunc denique, quod alia requisita (puta praevii Actus Fidei, & Spei) parvi fiant. Quisquis itis Confessionibus inicitur illius rursus irreparabilis est &c. “ Et c. 6. illius opus. addit: „ Intolerabilis est ille pessimus fidelium mos, qui totam in examinanda conscientia curam apponunt, & postea circa dolorem de propriis peccatis incuriosissimi, ad Confessionis Sacramentum tanquam optime dispositi securi accedunt. Quid prodest commissa delicta Confessario fideliter exponere, si desit ille dolor, qui ea destruat, ac diluat? seu, quod idem est, ad quid servit illa Confessio, cui certo desit essentialiter pars, qualis est verus dolor supernaturalis de peccatis? &c. O te beatum, si talem elicueris Contritionem in vita! Sed multo magis beatum, si in mortis puncto ejusmodi dono praeventus fueris ec. “ Tandem c. 8. adjungit. „ Narrat Carthusianus cuidam pio Religioso Purgatorium inventum, secumque miranti, cur adeo pauci Sacerdotes praer illis, qui eas admittunt, impudicicias illis flammis expiant, responsum fuisse: Ne mireris, fili, quia vix ex istis (& idem est de aliis ejusmodi vitiis delictis), qui elicant veram Contritionem. Unde desistat doloris, ut oportet, & propositi in suis Confessionibus non veniant in Purgatorium, sed vix ita inferos pergent. “ Addit Carthusianus: „ Ideo tibi erant paucissimi, quia vix aliquis tallum habet veram Contritionem: & idcirco poene omnes huiusmodi aeternaliter damnantur. “

IV. Pissimus Claus in Spicilegio Catech. p. 3. concept. 9. §. 3. n. 11. ait: „ Sciendum est, quod sine nullus peccator vere poenitens unquam a misericordia Dei rejicitur; sic nullum peccatorem ex toto corde supernaturaliter scilicet, & ut oportet, converti posse, nisi Deus illum ad ejusmodi conversionem sua misericordia adjuvet. Contrarium asserere est manifesta haeresis contra illud, quod clarissima sacrae inmixtae Scripturae tradunt Concilia: ratio est, quia vera Penitentia quoad substantiam, & quoad Motivum suum debet esse supernaturalis ec. Unde sequitur neminem posse poenitere, compungi, & ex animo

mo converti, nisi Deus ex sua liberalitate hoc ei largiatur. Atque hoc est, in quo potissimum alienantur peccatores, qui non aliter de Penitentiâ sub mortis tempore exercenda loquuntur, tanquam si hæc ex solo illorum arbitrio penderet. Non est ita ec. Id quod efficit bonum velle non est sola voluntas nostra, sed simul voluntas, & Deus, quin potius Deus, quam voluntas ec. Audiamus Augustinum in Pl. 128. *Homo est idoneus ad casum suum, non est idoneus ad resurrectionem suam: semper in profundo est, nisi liberetur ec.* Duo insuper notanda sunt: primum est, quod Deus citra injuriam possit gratiam in articulo Mortis necessariam ad rite penitentiam negare: alterum est, quod eam communiter his neget, qui extremam mortis horam expectant. Prima veritas, quod Deus gratiam ad penitentiam efficacem negare possit, est manifesta: quia gratia est, prout loquitur Scholasticus, *profusus gratuita*, quam nemo hominum de condigno mereri potest, & consequenter quam peccator nec de congruo mereatur, utpote cui Deus nihil aliud debet nisi penitentiam. Alteram veritatem, quod Deus hanc gratiam communiter his neget, qui Penitentiam ad ultimum mortis tempore rejiciunt, colligitur ex Scriptura, in qua invenitur quidem, quod Deus invitatus ad Penitentiam, & veniam offerat, sed nunc in presenti, *Nunc tempus acceptabile nunc dies salutis*, ait Apostolus 2. ad cor. 5. Non autem legitur, quod eandem offerat post moram dierum, mensium, & annorum, quin immo in procrastinatores fulminat terribiles minas. Audiamus quomodo loquatur in Prov. c. 1. *Tunc invocabunt me, & ego non exaudiam: mane consurgent me, & non invenient me, ec.* Similia habentur apud Michæam Sophoniam, Ezechielem & alibi. Neque parvas minas rarissime ad effectum delicti toties enim & toties effectus dantur, ut inde commotus S. Augustinus apud Segneri p. 3. dif. 2. n. 23. exclamet: *Magnus est, cui Deus tunc inspirat, sicuti est, Penitentia remedium.*

V. Tandem duo Apostolorum Principes, Petrus, dum peccatum suum licet remissum adeo amare quotidie desert, ut dicere poverit cum Davide, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: per singulas noctes lacrymis fratum meum rigavi. Anni mei in gemitibus: & dum ait: Fratres, magis sagaxio, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Et Paulus, dum scribit: *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Timemus, Fratres, ne forte relicta sollicitatione introeundi in requiem ejus ec. Sic currite, ut comprehendatis. Castigo corpus meum, & in servitum redigo, ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar, & similia, Fidelibus inculcat sollicitudines, diligentias, timores, & tremores pro sua ipsorum salute obtinenda, & pro reprobatione evadenda. Que omnia sane vana, immo & ridicula profecto essent, si ea facilitate, & securitate, de quibus sibi ad eo blanditur Adversariorum Theologia,**

ipii Fideles elicerent Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis Supernaturales, ut oportet. Quibus nullo negotio propria salutem in tuto collocarent. Proh quale dictum! Bone Deus! Vae electionis Paulus sibi tantopere tremens, de aeterna sua salute adeo sollicitus ac tremebundus ait: *Ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar.* Et quidem tunc cum se se omnis generis perfectionibus, & periculis exponens Evangelium Dei nationibus annuntiat, & nomen Jesu coram gentibus & Regibus portat, & contra maxima Christianorum pars mundanis negotiis unice occupata, delictis ingenioque liberaliter indulgens, & quod pejus est, gravissimis, vixque interruptis secleribus ad mortem usque immerga, de propria salute vivit securissima, fructuque imperturbabili pace, qua a nullo absque nota summa imprudentia aliquantulum exturbari patitur.

VI. Unde, quæso, tam diversa cogitandi, atque agendi ratio emerit? Ignorat ne Gentium Doctor infinitam esse Dei Misericordiam, atque ad delenda quæcumque peccata, obinendamque beatam æternitatem, absque tor angustiarum, ac incommodis latis, superque esse Actum Charitatis, vel Contritionis perfecte, vel saltem imperfectæ cum Sacramento Penitentia elicere? Aut forte vehementiori imaginationis vi abreptus in vanum ac excedentem metum transiit? At blasphemia esset horribilis tantum Doctorem spiritu Dei plenum (& quidem postquam raptus in paradillum *androis arcana verba, qua non licet homini loqui*) suspicari Theologæ ignarum, aut in ejusmodi illusione incursum. Quapropter concludendam visionem incursum hunc Theologum atque Acatem non satis persuasum fuisse de veritate Theologiae de *Justitia Fidei, & Spei Virtuali Exercitii & Implicitæ*, ac de summa illa facilitate, atque securitate eliciendi Actum Charitatis, aut Contritionis ad unum, vel alterum, vel certe ad paucos conatus a Penitentia postpositi ad ejusmodi Actus eliciendi. De qua facilitate, ac securitate tantopere sibi ad suam ipsorum ruinam blandiuntur impii. Nec miram, cum ut dicitur Prov. 2. *Doctrina sustulit fatuitas.* Quod tandem confirmari possit ex eo scilicet, quod narratur accidisse illi sero Dei, qui dum, ut erat solus, quadam die peccata sui prioris ætatis solius defensus quadraginta Actus Contritionis elucifert, repantur omnes & singulos Supernaturales, ac extrinsecus profectos, divina revelatione postea conperit ex ipsis quadraginta Contritionis Actibus unum tantum verum, ac ut oportet existisse. Certe vere penitentes, si cum turba fallorum confuserant, adeo pauci videntur, ut a Prophetâ vix inter eos invenirentur. Attendi, & auscultavi: Nullus est, qui agat Penitentiam super peccato suo, dicens: *Quid feci?*

Deducitur I. quam sit distorta ac perversa, insimulatio perniciosa Penitentia idea, quam sibi formare solent plerumque & Fidelibus, dum sibi dicere audiunt. Necessum est unum Contritionis Actum elicere, ac peccata Confessione aperire, ut salus æterna in tuto collocetur.

II. Hinc plurimum cum ejusmodi vel similibus verbis a conclonatoribus sibi inculcare audiunt peccatores Penitentiam, & veram ad Deum Conversionem nihil aliud sane intelligunt, quam quod sibi necessarium sit recitare semel, aut iterum aliquam Formulam Actus Contritionis cum illa Naturali dilectissima ac dolore, quem secum necessario afferat peccavisse, & insimul peccata omnia minutissime Confessione aperire. Unde sibi persuadent, & quidem non inconsequenter (nam quis est qui facillime, immo necessario ejusmodi Penitentiam non agat saltem in morte?) quod verus Actus Contritionis eadem securitate, ac facilitate, quam cui recitatur Oratio Dominica, vel Salve Regina, eliciatur. Ex hisce tam falsa persuasionem, tanque perversa idea de Penitentia justificante fit. Ut contenti vivant, & moriantur Penitentia minime justificante. Et ex hisdem deducant perniciosissima Effata suorum morum regularitatis. Quorum 2. hoc est, Quod cum Deus sit adeo Misericors, quod ad primam peccatoris percutiorem, qua vel seculissimum quisque peccatorem confitens, sibi veniam orat, eidem peccata illico secure condonet. Christianum, absque gravi periculo amittendi paradillum, possit ingenio indulgere, cupiditates suas explere. Ac si Deus ob id quod est misericors, non sit æque justus, aut debeat immutare immutabilia sua decreta non condonandi nisi peccata vere, & ut oportet, penitentium. Et ac si non obstantia sua ipsius Dei infinita misericordia quotidie supplicis æternis justissime non adjudicet. Pro millia animarum Fidelium, & infidelium eodem pretioso sanguine redempturam.

II. Et quorum 2. est hoc aliud, Non multum curandum esse, ut peccata, vel gravissima scelera evitentur, & ut post admittenda delectentur, intra se dicentes: si peccata committo, sufficit mihi de eis Penitentiam agere; id est, Confessione facere vel Actum Contritionis elicere. Unde fit, ut nullus ex his asequatur emphaticam energiam, qua Deus ipsos admonet dicens: *Fili, peccasti? Ne ad-*

73
icias iterum, sed de peccatis deprecare, ut tibi dimittantur (quævis, ut animadvertit Suarez de gratia par. 3. lib. 9. cap. 9. num. 19., Spiritus Sanctus in his ultimis verbis nobis significet, eum, qui peccavit, semper esse debere sollicitum obtinenda remissionis. Fratres, magis sagaxio, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Et maxime pro replicatam Contritionem de peccatis, quæ semper est Deo grata, ut ait Catechismus Rom. loc. cit.). Nam cum pleraque alia pietatis studia . . . hominum culpa, a quibus proficiuntur a Deo interdum repudiuntur, ipsa Contritio nunquam illi grata, & accepta esse non potest. Præterquam quod hæc eadem Contritionis repetitio, cum sit unum replicatum odium, & quæ continuata detestatio peccati admitti, cui libet summam utilitatem afferat ad evitandum in posterum peccata, non solum qua, ut ait Ambrosius lib. 2. de Penit. cap. 10., *Dum dolemus admittis, admittenda excludimus. Et si quadam de condemnatione culpe disciplina innocens*, sed etiam qua securus sic quisque recuperabit, & multiplicabit in se gratiam sanctificantem, & cum ipsa ipsi majora auxiliorum gratie acquirere præstidia.

III. Unde fit etiam, quod terribiliores Catholice Fidei veritates in se validissime ad continentium in officio vel audacioris summo animarum damno creantur hoc salutaris effectus. Nam inveniat sacer Orator omni vocis, animique contentione contra omnium seclerum reos, eis post mortem vel immaturam, vel subitanam æternam, nisi resipiscant, terribilissima annuntians supplicia, & ecce tibi ex istis illis intra se ait: *Ulorum suppliciorum ac seclerum reus revera fui ego, aut non est cur amplius Dei gratia timeam; ac seclera jam confessus sum, justus sum.* Alius vero inquit: *Omnium horum reus sum, sed non est cur tantopere bonus hic mihi, meique similibus succenseat, adeoque graviter in nos commoveatur: ac si omnes catholici non estemus persuasissimi de necessitate Penitentia (1) ante mortem. Nec est cur timere debeam. Cum ea consisti velim saltem in morte, neque ista solet esse adeo subitanea, ut locus non sit ad obtinendam Abolutionem conditionatam, vel factam, quod sufficit, ad semel dicendum cum Davide: *Peccavi Domino.* Ac si illud, *peccavi Domino.* Davidis penitentis fuisset tantum oretenus prolatum, & non potius, ut optime advertit A Lapide, in timore cordis sui profectum, ac profundo humilitatis, compunctionis, Penitentia, Religio-*

(1) Sane Augustinus lib. de duabus nim. cap. 24. ait, Potest aliquis dicere se non peccare, non autem non esse, si peccaverit.

rit, penitentium, nulla barbaries hoc dicere audebit.